

Augustinus, Aurelius; Hieronymus: De spiritu et littera. Add: Thomas Aquinas: Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae. De suffragiis missae / Sermones duo de resurrectione mortuorum; De fuga mulierum; De continentia; De contemptu mundi. Add: Hieronymus: Epistola ad Paulinum presbyterum; Augustinus: Sermones de vita clericorum. Add: Hieronymus: Ordo, seu Regula vivendi Deo ad Eustochium

[Cologne: Printer of Dictys (Arnold Ther Hoernen) / Cologne: Ulrich Zel / Cologne: Printer of Dares (Johannes Solidi Seite 80 (Schilling))], About 1470-72

41
Incipit sermo bti Augustini epi de resurrectione futura mortuorum.

Admodum. cum apostoli epistola legitur. laudabilem motum fidei. caritatis vestre: quod modum et hortueritis homines. qui putantes hanc solam esse vitam. quam cum pecoribus habemus communem: post mortem autem finiri totum hominis: nec esse spem ullam vite alterius melioris: pruritu malorum autem corruptos dicunt. manducamus et bibamus: cras enim moriemur: Hinc ergo sumatur. nostre disputationis exordium. et hic sit nostri veludcardo sermonis. quo cetera que dominus suggerere dignatus fuerit. referantur: Spes enim nostra. est resurrectio mortuorum: fides nostra est resurrectio mortuorum: Caritas etiam nostra. quam predicatio rerum que non dum videntur inflammat et accendit desiderium. cuius magnitudine fiat corda nostra capacia beatitudinis que ventura promittit. quod dum creditur quod non dum videtur: caritas ergo ipsam nostram. si circa hec temporalia et visibilia debet occupari. ut tale aliquid nos habituros in resurrectione speremus quale modo si contempnimus melius vivimus. meliores sumus: carnales videlicet voluptates atque delicias: Publata itaque fide resurrectionis mortuorum. omnis intercedet doctrina christiana: Fundata vero fide resurrectionis mortuorum. non continuo securitas est de animo humano. nisi distinguatur. vita illa que futura